



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Opera mala quomodo merentur damnationem, & bona opera non  
merentur vitam æternam. tit. 173

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

fici vendunt sua bona opera, orantes & legentes Mis-  
 fas pro alijs vt propria merita &c? Respondeo, hec nō  
 fiunt vt propria distribuantur merita, sed preceptum  
 opera nostra, vt ratione earum nobis regnum grati-  
 Deo distribuatur & largiū de vnico thesauro, id est,  
 Christi merito, & Christus præcipit, vt vnus pro al-  
 ro DEVM precetur, Matt. 6. & Lucæ vndecimo, Pa-  
 nem nostrum quotidianum da nobis &c.

*OPERA MALA QUO MODO  
 merentur damnationem, & bona ope-  
 ra non merentur vitam  
 æternam.*

TIVLVS CLXXIII.



PRIMÒ, opus bonum debet esse ex om-  
 ni parte, intus in animo, & foris in ope-  
 re perfectum, ita quod ex toto corde,  
 tota anima, tota voluntate, ex omni-  
 bus viribus fiat. Deuter. 6. Diliges Do-  
 minum &c. ex toto corde &c. & non sit aliquis mo-  
 tus naturæ reclamās. At cum natura oppressa sit pe-  
 cato originis, & interna illa immundities semper ad  
 sit, vsque ad sepulcrum, ideò opus bonum quod faci-  
 mus, non sic est integrum & perfectum, sicuti deberet  
 esse. Resistant motus inuoluntarij, ob id & sancti orant  
 sibi dimitti debita, Mat. 6. Luc. 11. Sed tūc perfectum  
 opus bonum meretur vitam æternam, & nostrum  
 opus tale non est, ideò dicit Paulus. Roman. 6. Gratia  
 aut donum Dei vita æterna propter Christum. Hoc  
 solus meruit nobis vitam æternam.

Secundò, opus malum quoniam fit primò ex in-  
 terna immunditia, qua oppressa est natura: subicitur  
 foris malo & prohibito opere, & sic perfectè intus &  
 foris malum, ideò meretur damnationem. Si enim  
 & sic



& sic possemus intus & foris facere opus bonum, ita quod non adesset interna illa immundities, etiam mereremur vitam æternam, &c. Stipendium igitur peccati, i. meritum peccati, mors æterna, Roman. 6. Sic malum opus meretur damnationem, non sic bonum opus meretur vitam.

Tertio, mala opera non solum adsciscunt damnationem, sed etiam primo temporalem punitionem, sicut patet Deut. 28. Leui 26. Exo. 20. ubi dicit Deus: Si non audieris vocem meam Domini Dei tui, &c. venient super te omnes maledictiones: sic sunt diuersæ poenæ malorum operum contra præceptum Dei, &c.

Secundo, etiam inducunt extinctionem spiritualium bonorum & donorum: nam fides, spes, charitas, & ceteri fructus Spiritus sancti, Gala. 5. debilitantur, sicut Christus dicit Matt. 24. Cum abundauerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sic extinguuntur deuotio orandi, dandi eleemosynas, &c. & omnium spiritualium virtutum exercitium. Tertio, peccata thesaurizant obdurationem in malo, id quod maxime horrendum est sicut auaritia Iudæ, Mat. 27. Act. 1. & opera mala causa sunt aliorum malorum operum, quia Deus punit peccatum peccato, sicut adulterium Dauid traxit ipsum ad homicidium, 2. Reg. 12. & Paulus Rom. 1. Quoniam cum cognouissent Deum, non sic Deum glorificauerunt, ideo dati sunt in reprobum sensum. Habet igitur Deus oculos suos ad facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Nemo igitur vilipendat & parui faciat peccatum.

At dices: Quomodo pro tam paruo malo opere Deus in æternum vult damnare, & tam exiguum opus bonum, ut calicem aquæ frigidæ, Matth. 10. vult remunerari æterna gloria? Respondeo, Deus hic non ad opus, sed ad voluntatem respicit. Malus, si possibile esset eum viuere æternaliter, semper peccaret, & bonus semper bene faceret, ideo hanc voluntatem DEVS

DDd 2 respicit.



respicit. August. ad Eremitanos, serm. 26.

*QUAE SINT PRAEMIA  
corporalia & spiritualia in praesenti vi-  
ta, & quae in futura vita pro pijs  
operibus.*

## TITVLVS LXXIIII.



PRIMò, vt clarè intelligatur quod dici-  
tur, bona opera habent sua praemia in  
hac & post hanc vitã corporalia & spi-  
ritualia: & quae sint hæc praemia corpo-  
ralia & spiritualia in hac vita, & quae  
sint praemia corporalia & spiritualia in futura, dili-  
genter hic notãda sunt. Primò, quòd omnia hæc pre-  
mia, siue sint corporalia & spiritualia in hac & post  
hãc vitã sunt ex promissione, id est, promissa praemia,  
nò ex dignitate & virtute operũ nostrorũ, id est, nò  
est hic promerita, sed promissa merces ex gratia pro-  
pter Christum. Deus nobis nihil debet, nisi quòd  
gratiosè promissit & opera nostra nihil habent, nisi  
quod illis donat ex misericordia & gratia Deus.

Corporalia igitur bona, quae Deus pro ijs opti-  
bus promittit in hac vita, notantur Leuit. 26. Deu-  
teron. 28. Exod. 20. vbi promittit Deus dicens: Si in  
mandatis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias  
temporibus suis. Terra germen suum gignet, pomis  
arbores replebuntur, comedetis panem in satietate,  
& absq; pauore habitabitis in terra. Vide multa alia  
dona ibidẽ, & Esai. 33. Si in iustitijs meis ambulaueri-  
tis, bona terrae comedetis. Sic sanitas corporis, pax  
& multae alię benedictiones describuntur. Deut. 28.

Subinde spiritualia praemia, quibus pia opera et-  
iam in hac vita ornantur, sunt: Primò, impedimentũ  
sathanæ, ne malitiam suam perficere possit, sicuti il-  
lucifer benter velit, trahendo in diuersa vitia spiritualia. Sic  
humilitas